

rumque nostrorum cura fati sit dictum: cetera trans-
figere ainitatur, donec tibi videaris sufficienter
totum proterium aboluisse. Denique post
proterium leges aggredieris. At u. Cum de diis deo-
que sequentibus & parentibus siue uiuentibus siue
defunctis fati per exordium dixerimus, ut nunc af-
firmamus, quod restat, ut tu iube videris, in lucem
est educendus. cl. i. Prorsus quidem. At h. Post illa
verò que ad animos, quæ ad corpora, quæ ad bona
pertinent, quo studio colenda sint communiter dis-
serendo, ita determinare oportet, ut dicentes &
audientes disciplinam pro viribus consequamur.
Hæc ergo post illa nobis reuera dicenda audienda
que sunt. cl. i. Rectè admodum loqueris.

DIALOGVS QVIN-
TVS DE LEGIBVS, VEL
DE LEGVMLA-
TIONE.

MARSILLI FICINI
ARGUMENTVM.

Mirabilia quædam fieri videmus à magnetè in ferrum, à
succino in paleas, à fulguribus in solidâ, ab ignito sulphu-
re in hominâ à tota natura vel in motu cæli, vel in artificio-
saria quæa gignuntur, formatione. Causas quidè ignoramus, ne-
que tamen eo causâ ignoratè negamus effectus fieri, quos
videmus. Mirabilia rursus fieri nonnullâ ab animis nostris in
oraculis ceterisque prodigijs necesse est non solum animi uisoria,
sed auctoris etiam Mercurialis & Pythagorica atque Plato-
nica. Et si stupendorum nostræ mentis operum rationem certam
facile omnes assignare non possumus, negare tamè opera vel facta
fuisse, vel posse fieri, non debemus. Videmus ignem quò celo
similior est quàm cætera elementa, cò mirabilis agere, ut breui
ad suam trabat formâ, quæ cætera tempore vix longissimo tra-
hant, neq; mixtionè perpetuatur, & cum videtur diuisi diuisari,
longiusq; admodum quam cætera suam protendat effectum, & ló-
gissimè per lumen agat atq; momento. Verum habet hoc à celo,
& celum imagine sui agit, id est lumine, quæ ignis vix natura-
lis efficit qualitate. Quis enim dubitet cælestia per radios suos
tâ nobis occultos, quâ manifestos ab ipsi velut imagines proflic-
tente, mouere inferiora semper atq; formæ ferre non aliter, quâ
vultus speculû, & speculum concauum materiam sitam posita
de speculâ. Sed age iam in hoc speculo & superas in animam spe-
culentur. Quanto efficacior est ignis cæteris elementis, & igne
caeli, tanto efficacioris celo sunt spiritus, qui vel viuificant, vel
mouent caelum, vel viuificantium & mouentium sunt confortes.
Spiritus ergo superiores in nostris ut ipse confortes, imaginum
dumtaxat suarum influxibus operantur, quemadmodum vultus
in speculâ, agendo in eas formant, simulatq; efficiunt, vsq;
que adeo ut animæ sepe tam ferè mirabiliter, quam cælestes
focant, operentur. Quemadmodum verò speculum ad imagines
à vultu suscipiendâs quinq; modis præcipuè præparatur. primo
quiltè natura vitrea, deinde perspicuitate, tertio lenitate, quar-
to resistentia, quinto positione. Sic & animæ nostræ ad influxus
numinum præparantur. Primo quidem, quod intellectus huius
natura sit sicus & illa. Secundo, quando per intellectum fides illis
hæret indubia. Tertio, per voluntatem amore in illa sese ad-
dentissimo transfertur. Quarto, tota in illis firmetur memoria spe-
rante. Quinto, si corpus habeant, & natura illis accomodati sunt,
& diligentiâ præparati, tunc in mētē nostras à superiora ita la-
biatur influunt, ut à fixibus lyra in fides similiter temperatas.
Tunc prodigijs, somnijs, uaticinijs, oracula veniunt. Mitto quod
tamulibus Prophecijs, narratur, oracula quædâ per aquâ fe-
rit solita, quædam per arē, quædam verò per ignē; forte quia à
deumq; vel aquis, vel arē, vel igne mittitur. Fortè etiâ
quoniam locis & temporibus alijs atq; alijs, per occultas causas
conuergerit mentium humanarum effectus ad superiora conuertere. cō-
uersione inde formari. Post hoc nostræ mētē in varia nimis di-
strahuntur. Verū siquâdo integra virtute sua ad ceteri opus vira-
tur, sic ut ignis tota intentione natura comburit, & celum to-
to & inflaxu, tunc Plato non dubitat mirabiliora à nostris mē-
tibus quàm ab igne vel celo, facillimè pronuntia. Non dubi-
tatis & Auticema. Atque estque, nescio qua sorte sepe Platonis

ci. Sed de bit in Theologia latins disputamus. Quibus euangelicū
illud de sepe mores permutata, maximè cōfirmatur: cōfirmatur
& plurima quæ Plato in libro superiori & hoc quinto inò
& sequentibus omnibus de oraculis asserit, adeo ut non aliter,
vel verbis dispositio, vel verisimilitudine forma, vel sanctio legi sepe
habet, quàm per oracula cōprobetur. Verum quantum oracula
triamenores, tamè ceteris in sepe uaticinijs quæ ueriora
forsan reperiri sūt, auctoritatē suâ ad idē manifestè cōcedit. Sed
id ad argumētū in quinti proprium ueniamus. Cum igitur animus
nostrer speculum sit diuinorum, merito post diuinorum cultum in
quarto descriptum, mox in exordio quinti animum ipsum iubet
coli, quasi rem sacram: & qui in superioribus Pythagorea carmi-
na est imitatus, in presenti quoque animi cultu libenter Py-
thagorâ suâ sequitur præcipientē: Post hoc maxime omnia re-
nere respiciam. Quanti verò momenti sit eiusmodi reuerentia ad
obseruantiam legum, explicare non possem. Sed facti hæc, ut sum-
matim dicâ, ut quisquis animi sui quasi munus cōspiciat affi-
dum reueretur, iudicem habeat intra seipsum: ad cuius legem,
vel obsequij legibus scriptis vitam suam perfectissimè dirigat, ac
tandem facillè naturalis legis amore faciat, quæ ceteri vix scri-
ptarum legum formidine faciunt. Proinde dum colendo animo
disputat, omnia de officijs præcepta tradit, in vñ seipsum, in ad
alios ad omnesque virtutes priuatim & publicè pertinētia quæ
discere quisque debeat atque edicere. Post hæc fitè imponit ex-
ordio legum ubi apparet totâ de legibus disputationem in tres
partes, vates esse diuisam. Primò quidè in præcipuum, ab in-
itio libri primi ad hanc vsque partem quinti prodidit. Deinde
in ipsam legum dispositionem. Et primo in leges ad temporali-
magistratusque puissimum pertinet. Deinde ad singulas spe-
ciales ciuili actiones. Meminit verò te arbitror singulas præ-
terea leges, singula habere præcipuum. Principio leges parissimas
pro viribus colones eligat, atque paliorum more puras leges
ad impuriss. Lulter quoq; ciuitatem, ac nisi summa cogit necesse
sit, non inferat violentiam. Adque censuræ pro viribus, ne
ali distimul sint, alij vero mēdic. Caneatque quis in illè diuitias
cumulet. Neque luculentissimam conetur ciuitatem reddere,
sed iustissimam. Prædicet veritatem & apud homines, & apud
deos esse maxime omnium venerandam. Item in peregrinis ho-
spitalitæ, in supplices indulgentiam. Monet vniuersumque a-
nimâ erga seipsum amore faliat, quæ peruenit solere. Præcipit
ne qui abundantis ipse, pariat ut proximis elurire. Colletit vñ
si potest in media regione singulas circūspiciant commoditate,
in duodecim partes vrbem diuidat, totamque similitè ratio-
nem. Sed cur in partes duodecim vñ intelligat maxime tantum
tamque laboriosam vniuersi ipsius anxio indigere, quod est
in ipse ad duodecim distribuitam. Item ciuitatem ad imaginem
regni cælestis esse petendam. Cælestis autè ciuitas in signa duo-
decim, quasi duodecim tribus est distributa. Nec ab vñ deus
ceteri duodecim præfere dicuntur. Imò verò dñ sex, sexque dea,
Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venusque, Marti, Mercurius
Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Præpone singulas sin-
gulis membris quidem nostris signa. Signis præterea deos. Ceteri
quidem & capiti nostro Palladem. Taurum verò & nostræ cer-
nicæ Venere. Geminis & humanis brachijs, Apollinem. Cancro
perthorice Mercurium. Leoni humerique Iouem. Virgini illiusq;
Cererem. Libræ & natibus, quod honestè dictum sit, Vulcanum,
Scorpio & pudibundis Martem, & sagittario ferorique Dia-
nam. Capricorno & genibus Vellam, A quario cruribusque
Iunonem. Piscibus pedibusque Neptunum. Intellexit per
hæc ciuitatem totam non aliter vnum ex ciuibus multus,
quàm vnum corpus ex multis membris esse debere. Alia verò
numina masculina, alia feminina idcirco dicitur, ut cognoscas
& quæ ad materiam passionisque, & quæ ad formam acti-
one pertinent, à superioribus gubernari. Verum cur Plato præcipuè
verbis acce, Vellam, Iouem, & Palladem ceterasq; intelligat in diuinis
tres omnium fontes existere. Vellam quidem effundit fontē, Iou-
em viuendū, Minervâ intelligendū. Atq; in his omnibus auxiliū
à superioribus obsecrandum. Vbi verò Plato commendat partitionem
domicilliora agrorumq; in quinq; mille & quadraginta, effe-
dit eiusmodi numerum commodissimam in se mētē; deinceps
distributiones partium cōtinere. Quod quidem & in sequenti-
bus paulatim aperietur & vel mediocri arithmetra potest esse perspicuum.
Notabis vbi de communi ciuim vici differit, præ-
ceptum de euangelica dilectione & charitate mirandum. Item
patriam magis quàm matrem esse colendam. Quædam patriâ
inquit, immortalē deâ esse vel de diuina terreni orbis animi,
vel de nomine patriæ patrano, vel de ceteris patriâ dicitur patri.



VDIATIAM reliqua, quicunque paulo
ante de diis charissimisque genitoribus
audiebat. Cuiusque enim animus, omnium
suorum rerum post deum, cum sit ma-
xime suus, diuinitus est. Quæ verò
sua sunt, bifariam diuisuntur. Et potentiora quædã
ac meliora dominantur, imbelliciora verò detero-
rãque, seruiunt. Profectò quæ dominantur, præ illis
quæ seruiunt, semper sunt honoranda. Quapropter
merito post dominantes deos ceterosque illos sequitur,
animum nostrum colendum, secundòque loco ha-
bendum iubeo. Nemo autem, ut breuiter dicam,
rectè animi suum honorat, quamuis videatur. Di-
uinum enim bonum est honor. Malorum autem nihil
est honorandum. Quisquis igitur putat vel sermo-
nibus quibusdam, vel muneribus vel obsequijs ani-
mum suum posse extolli, si meliorem ipsum ex de-
teriore non reddat, quicquam honorare videtur, mi-
nimè tamen id facit. Nam fatim à pueritia vniquis-
que sufficiet ad omnia cognoscenda se putat, &
honorare suum animum opinatur laudando, & per-
mittendòque sibi quicquid libenter agere. Nos autem
dicimus cum qui hæc agit animum non honorare,
sed ledere, quem tamen secundo loco post deos di-
cimus honorandum. Sed neque ille cum honorat, qui
peccatorum suorum, plurimorumque & maximorum
fidelis, non seipsum, sed alios causam ducit. Qui fan-
tè seipsum temper excusans honorare videtur ani-
mum, longe tamen abest, cum obest. Neque etiâ cum
preter rationem laudemque legumlatoris voluptati-
bus quis indulget, animi sui honorat: deicit enim
ipsum, cum malis & penitentia replet. Neque etiâ
tunc honorat, quâdo labores lege laudatos, metuf-
ca ac dolores ferendos non suscipit, sed cedit atque
succubit. Hæc enim agens omnia, animum suum de-
corat. Sed nec quando hanc vitam summum bonum
censet, imò tunc etiam vituperat. Nam animo existi-
mantur omnia apud inferos mala esse, propterea as-
sentitur, neque resistit, docet ipsum atque redarguit.
quasi ignoret, vtrum contra quæ apud deos inferos
sunt, omnium honorum nobis maxima sint. Præterea
qui virtuti dedecor corporis anteposit, animâ verè
penitentiq; decorat. Nempe corpus aima venerabi-
lius arbitrat. In quo certè vehementer errat. Ni-
hil enim terrenum rebus cælestibus venerabilis est.
Et qui de animo aliter sentit, quam mirabilem rem
negligat, profus ignorat. Nec rursus qui pecuniam
inutile cupit, aut possidens inuult, nò dolo, mune-
ribus animum suum exornat, sed ad hoc longissimè ab-
est. Quod enim venerabile pulchrumque, in animo
est, paruo pro auro prodit, cum totò quod super ter-
ram, quòdque sub terra est aurum, virtuti compenfat
dignè non possit. Denique ut summatim dicâ, quicquid
que illa que legislator turpia malatque putat esse, om-
ni studio nò fugit, nec pro viribus sequitur ea que
bona & pulchra atque, nec videt in his omnibus
quàm turpiter, & sedè distinctum animum suum
afficit. Maxima enim secundum iustitiâ vltionè mar-
tè agèdi, nemo, ut vno verbo dicam animaduertit.
Mixima verò est, ut quis malis hominibus similis
efficiatur, factusque similis bonos & viros & sermo-
nes faciat, si quæ ipsum ab eis se iungat, improbus autè
adhæreat, & cori cōsuetudinem amplectatur. Eum
verò qui se his immiscuit, necesse est eadem pati &
agere, quæ tales agere & loqui inter se cōsueuerunt.
Ac passio quidem huiusmodi iustitia non est. Iustitia
enim & iustit, honestè est. Vltro verò passio iniusti-

tæ sequax: non quam & qui non incidit & qui inci-
dit malis miserique est: ille quoniam nò fanatur, hic,
quoniam ut mule, seruetur, ipse perit. Honor autem
est, ut totum simul complectat, meliora sequi, & ex
peioribus quæcumque meliora fieri possunt, ad me-
lius quam optime reducere. Homini profectò nihil
animi aptius & facigius est, quod siquid malum, &
ad inuehicandum eligendumque, quod est omnium
optimū, ei que per omnem vitam firmiter adheren-
dum. Idcirco illi secundo status est honor. Tertium
deinde honorem secundò naturâ quibus intelligit
corpori conuenire. Cōsiderare oportet qui veri ho-
nores sint, quæ adoluerati: quorū differentia à le-
gislatore declaranda mihi videtur. Vt puta honore
dignum corpus esse, nò quod formosum aut robu-
stum est, aut velox, vel magnum, vel sanum, quam-
uis multis id videatur, neque quod contrariis modis
affectum. Nempe que modicum istorū omnium ha-
bitum tangit, ea longe modiciora tuncioraque cen-
senda sunt. Altera enim inflatos, & audaces animos
reddunt: altera deiectos atque ilberales. Similitè
pecuniarum prædiorumque & census profectio
se habet. Excedens enim & priuatim & in ciuitati-
bus inimicitias seditionisque parit. Deficiens au-
tem ut plurimum seruituram. Nemo igitur libero-
rum gratia pecuniam cumulatam incumbat, ut di-
tissimos eos relinquat. Neque enim ipsi, neque ciuita-
ti id cōducit. Sed census inueniunt tum adulatione
vacuus, tum rerum necessariorum non indigens,
omnium decentissimus & optimus est. Nam hic no-
bis ad omnia consonans accomodatq; vitam à
doloribus tutam reddit. Liberis ergo non auri, sed
pudoris multum oportet relinquere. Putamus au-
tem impudentiam iuuenum castigandam id nos im-
peratores. Sed non ea castigatione, quam iuueni-
bus inueniunt, dicentes quod adolescentem que
teat in omnibus verecundum esse. Sapiens itaque, le-
gumlator senioribus præcipit potius, ut sint con-
parati, illam gloriam inueniunt, ac summo prece cauant
neque iuuenem eos aut videat, aut audiat agentes
turpe aliquid, vel loquentes. Nam vbi censuræ minus
pudici sunt, necesse est ibi iuuenes impudentissi-
mos esse, præstans enim & iuniorum & seniorum
disciplina est, non verborum increpato, sed ut que
increpando quis diceret & monèdè, eadem ipse in
omni vita facere videatur. Quisquis præterea cog-
nationem & vniuersam sub eadem in penatibus cog-
neris cōmunionem honorat & colit, hos deos me-
rito propitios in liberis procreandis habebit. Amico-
rum quoque & sodalium in vix concludendæ
summam beneuolentiam consequetur, qui illorum
in se obsequia maiore prestantioreque putatib quam
illi, sua verò in illos beneficia minora quam ipsi
existimabit. Atque in erga ciuitatem ac ciues opti-
mè ille se geret, qui omni victoria que in Olympici-
comparatur, illam gloriam anteponeat, quam patri-
s legibus ministrando nanciscitur: atque in hoc
ministerium ceteris omnibus per totam vitam pro-
stare conabitur. Ad peregrinos verò sanctissima
esse fœdera quisque cogitet. Fermè enim omnia
peregrinorum & contra peregrinos à ciuibus peccata
vltori deo magis curæ sunt. Nam cum pere-
grinus amicis cognatisque careat, maiorem & apud
deos & apud homines meretur misericordiam. Quare
qui magis vltoribus, ac ferendū auxiliū est parator.
potest aut maxime hospitibus
cuiusque

Tertius honor corporis habendus.

Officia erga patriam.

Erga peregrinos.

Regis p. plicis

cuiusque demon ac deus, hospitale secuti Iouem. Diligenti igitur cautione cogitandum cuique, cui non nihil est consilij, vt innocens ab iniuria in peregrinos semper viuatur. Sed omnium tam in peregrinos quam in ciues peccatorum maximum est, quod in supplicis est commissum. Deus enim cum quo teile condiciones est supplex consecutus, diligentissimus eius est cultus. Quare non inultus patitur quicquid pertulerit illas allequutus. Hadenus officia cuiusque in parentes, seipsum, sua, patriam, amicos, cognatos, peregrinos, atque colonos penè omnia exposuimus. Qualis verò quisque quo ad seipsum esse debeat, qui optimè viuere velit, nunc iam exponamus, vt non lex, sed laus & vituperatio singulos doceat, refrenet magnis, & obtemperatiores ferendis legibus faciat. Atque hęc nobis deinceps dicenda sunt. Veritas profectò tum diis, tum hominibus dux omnium est bonorum. Cuius qui felix beatissimeque futurus est, statim ab initio participes esse debet, vt in veritate plurimum tempus vitam agar. Fides hic certè est: infidus autem qui sponte mentitur: qui verò non sponte, amens. Quorum neutrum obtrabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia admodum alienus: ac procedente tempore cognitus in tantam in odiosa senectà vitę que termino solitudinem incidit, vt seu viuatur, siue decesserint amici ac filij, penè similitur orbam vitam miserè agat. Honorandus certè est qui nihil inultè agit. Qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis est honorandus. Ille enim vni, hic multis hominibus præstantior est, cum principibus ceterorum iniuriam nunciat. Qui autem vni etiam cum magistratibus iniuriam quoad potest viciscitur, is magnus perfidiusque in ciuitate vir præconio prædicetur. Nam virtute cunctis excellit. Eadem quoque temperantia & prudentia laus est. Et qui aliis bonis abundat, quæ in alios quoque transfundi possunt, si ceteros participes efficiat, tanquam vir summus est honorandus. Qui autem id facere vellet quidem, sed non potest, secundo loco habendus est. Inuidum verò qui sponte nihil boni amicitia causa ceteris conferat, vituperare debemus, nec propter hominem qui malè possideat, rem ipsam vituperare, sed eam pro viribus adipisci. Certet præterea apud nos quisque de virtute absque inuidia. Qui enim sic agit, ciuitatem suam amplificat, cum ipse quidem contendat, & alios calumnia non detineat. Inuidus verò dum ceteris derogando putat præstare, & ipse minus rectè ad veram tendit virtutem, & concertatores iniusta vituperatione tardiores efficiat. Ideoq; vehemens acquirendę virtutis studiū ē ciuitate tollens, ipsam pro virili parte glorię amplitudine priuat. Oportet præterea vnumquemque animosum esse, ac maximè mitem. Nam aliorum iniurias quę vel difficile, vel nullo modo sanari possunt, nō possunt aliter effugere, quam pugna, defensione, victoria, & nullius penę remissione, quod absq; animositate facere nemo potest. In his autem iniuriis quę riles sunt vt sanari possint, nosse in primis oportet, nullum iniustum, sponte iniustum esse. Nemo enim vnquam maximum malorum aliquid alecubi vellet habere, multoq; minus in his quę sibi præstantissima sunt. Est autem animus vt diximus, reuera in omnibus omnium præstantissimus. Quapropter in eo cum maximè sit honorandus, nemo sponte summum accipiet malum,

volēq; per totam vitā id possidere. Porro miserabilis omnino est iniustus omnis, & qui mali quicquam habet. Miseri autem decet eorū qui lanabiles sunt, & cohæreant, ne aduersus eos mulieribus iracundie feruore animus effusor durissime insit. Qui autem ita sunt flagitiosi vt incurabiles sunt, eis ita vehementius immittenda. Propterea diximus animosum id est, generose iracundie non experte, ac simul mitem, bonum virū semper esse debere. Omnium verò maximum quiddam malū in multorum hominum animis est innatum. Cuius quidem, cum facile sibi ignoscant, remedium nullū excogitant. Est autem hoc quod dicere solēt, quod natura sibi quisq; amicus est, rectēq; est ita id se habere. Sed reuera nimis in seipsum amor omnium peccatorum omnis semper est causa. Obsecrat quippe circa amatum qui amat. Quapropter qui seipsum magis quam veritatem honorandum putat, quid iustum, bonum, pulchrum sit male iudicat. Decet sanè eum qui magnus vir futurus est, neq; seipsum, neq; sua deligere, sed iusta semper, siue a seipso, seu ab alio quouis gerantur. Ex hoc ipso delicto accidit omnibus, vt ignorantiam suam esse sapientiam opinētur. hinc fit, vt quamuis nihil vt ita dicā sciamus, scire tamen omnia arbitremur. Cum verò nec aliis permittamus facultatem agendi quę ipsi facere ignoramus, facientes ipsi errare compellimur. Quamobrem nimis sui ipsius amore fugere quisque debet, & meliores se sequi, nullo robore veterundę impeditur. Sunt & alia nonnulla, quę & minora his sunt, & sæpe dicuntur. Sed cum nihil minus vitia sint, ea quoq; sibi ipsi in memoriam reuocando dicere oportet. Semper enim quasi ali- quod effluat, cōtra aliquid oportet influere. Recordatio verò est, prudentia deficientis influxus. Profecto à risu nimio, & lacrymis abstinentium, omnibusque est ab omnibus præcipiendum vt letitia nimia tristitiaque compressa honesto in habitu se contineant. Cum autem circa felicitatem demon cuiusque consistat, & circa fortunę casus, tanquam ad ardua difficiliaq; operationibus quibusdam demones aduersantes insurgant, sperare semper boni viri debent, dum bonis quę Deus largitur, graues labores inciderint, ipsum leuiores eos facturum, & præsentia in melius commutaturum. Circa bona verò his contraria, omnia vna cum bona fortuna sibi affore. Hac spe singuli viuatur, & semper tam ioco quam serio, & se & ceteros ad frequentem horum commemoracionem sedulo & accurate adhortentur. Sed iam quę facere vnusquisque debet, & qualis esse, quò ad diuina spectat officia, dictum est. Humana verò non dum explanauimus. Dicenda autem sunt. Hominibus enim, non diis præcipimus. Sunt porro natura maximè humana, voluptates, dolores, cupiditatēque. Ex quibus necesse est mortale omne animal quasi pendere, & maximo quidem cum studio. Laudanda certè honestissima vita est, non solum quia glorię habitum superat, verum etiam quia si quis velit gustare, nec indestinatim à iuuentute fugere, eo quoque superat, quod omnes experimus, vt per totam vitam letetur magis quam doleamus. Quod verò erit ita, si quis rectè guster, facile vadeque patebit. Quo autem pacto rectè id fiat, rationem iam considerandum est: Voluptatem adesse nobis volumus. Dolorem verò nec eligimus, neque volumus. Medium autem statum pro voluptate nequaquam volumus, do-

Decl. Graeco

De vita temperata & intempera ta.

Omnis huiusmodi ex per tem perantia vitii.

Quod vitæ genus deligetur.

doloris tamen loco accipimus. Dolorem etiam minore m maiore cum voluptate volumus. (Voluptatem minorem cum maiore dolore nequaquam.) Pari autem modo vtrunq; horū habere nos nolle, potissimum declarare. Hęc omnia multitudine, magnitudine, intensione, æqualitate, horūmq; contrariis ad electionem singularum voluntatēmq; & differēt, & non differunt. Cum hæc necessariò sic se habeat, eam quidem vitā, in qua cum vtraq; multa, magna, intensiq; sunt, voluptates tamen excedunt, volumus: eam autē in qua contraria, nolumus. Atq; eam rursus, in qua licet vtraq; parua, remissa sunt, molestata tamen superant, nolumus: sed eam in qua contraria volumus. Si autē æqualia sunt, de æquali vita vt diximus cogitandum. Volumus enim quę illo excedit quod nos diligimus, & nolumus quę contrariò superant. Considerare oportet quædam modū omnes vitæ nostrę in his connexę naturaliter sunt, & quas naturā velimus. Si quid autem præter hæc velles dicimus, ignorantiam quadam imperitiã vitarum id dicimus. Quænam igitur & quorū vitæ sunt in quibus nosse oportet quod nolendum, quod volendum, quod sponte fieri, quod contra soleat: hisq; cognitiōnis legē sibi ipsi præscribere: atq; inde quod sibi amicum sit simul & iucundum & optimū pulcherrimumq; eligere, vt quis quoad hominē licet beatissime viuatur. Tēperatam vitam vnam esse dicimus, prudenter alterā, tertiam fortem, sanam denique quartā. Et quatuor his alias contrarias quatuor statuamus, imprudentem, ignauam, intemperatam, ægotantem. Quisquis vitam tēperatē rectè nouerit, mitem in omnibus & moderatam dicet: quæq; dolores quietos, voluptates remissas, molles cupiditates, amores minimè furiosos habeat. Intemperatā verò in omnibus acrem, quę doloribus vehementibus & vehementibus voluptatibus, cupiditatibus ardentibus furiosissiq; & insanis mirum in modū amoribus agitur. Sed superant in vita quidem temperata voluptates, dolores autē superatur. In vita intemperata contra voluptates à doloribus superatur, magnitudine, multitudine atque frequentia. Quō fit vt necessario altera nobis secundum naturam vita iucundior sit altera tristior, & volentem iucundè viuere, sponte intemperatēq; viuere nō permittat. cōstat enim, si quod nunc dictum est rectè est dictum, quod necesse sit intemperatū omnē præter sententiam esse talem. Quippe vel per ignorantiam, vel incontinentiam, vel vtranque omnis humana turba experts temperantia viuunt. Similiter de sana & ægotante vita est cogitandum: quod & dolores & voluptates habeat, sed in sanitate voluptates excedant in ægotatione dolores. Nostra verò voluntas in deligendo genere vitæ, non est vt dolor superet. Vbi autē superatur, eam vitam iucundior iudicauimus. Temperata igitur intemperato, prudens imprudente, fortis ignaui, vtraq; pauciora, minora, rariorque habet, & alter voluptatibus, alter doloribus superat, ita vt fortis ignauium, prudens amentē, temperans petulantem, sanus ægotantem voluptate superet. Vtq; in summa redigantur, quæ vita virtutis corpore aut animo particeps est, ea est iucundior: improbitatis particeps, & aliis præterea pulchritudine, rectitudine, potentia, & gloria præbita: ita vt qui in ea constitutus est, felicior contrariò in omnibus viuatur. Verum exordium legū iam finem accipiat. Post exordium, legē sequi necesse est. Imò verò leges deinceps reipub. reuera cōscriben-

de sunt. Quemadmodū igitur quæcunq; textuntur, non ex similib. omnino trama staminēq; textuntur, sed staminis genus robustius atq; firmius est, trama mollius vt facilius cedat: ita homines qui magistra sunt gesturi in ciuitate sunt, eodem modo discerni semper oportet, eos qui in leuiori quādā facultate experimentū sui dederūt. Duæ verò sunt in repub. species. Altera magistratū constitutio in singulis: altera leges magistratibus actributa. Ante verò hæc omnia ita cogitandū est. Cum pastor atq; bobulcus, equorumq; curatur, ceteriq; huiusmodi, greges & armenta susceperint, nō antea curant, quam singulis conuenientem purgacionē adhibeat, porro lanis ab ægotantibus, generosisq; ab ignauis segregatis, altera in greges alios mittent, altera verò curabunt, non ignorantes alter frustra se tam pro corpore quam pro anima laboraturos. Nepe natura & educacionis prauitas ita corrumpit, vt nisi quis segreget sanorum integrorūq; morum ac corporum genus, in singulis contagione interimant. Sed de ceteris quidem animalibus minor cura. & ceteri q; causa solum corū mentio faciendā. De hominib. verò maximum studium legislator habebit, ac diligenter rimabitur omnia, vt singulis constantia scribere queat, rum de iustitiatione, tum de ceteris omnibus actionibus. Sic igitur ciuitatis iustitiatione se habeat. Multæ enim sunt, & alie leuiiores, grauiores alie. Ac si quis tyrannus simul legisq; lator sit, difficilibus & optimis iustitiationibus vi poterit. Legis autem lator, absq; tyrānie, qui leges nouas atq; Rēpub. fundabit, satis erit factū, si purgacionē mississimam adhibuerit. Nā exactissima purificatio, quemadmodum medicina quæ validior corporib. adhibetur, doloris plena est, & cū vltione iusta penam inferet, morte peccantē, aut exilio damnans. Eos enim qui maxima peccata patrantur, in insanabiles sint, quoniam ciuitati maximè nocent, remouere omnino solet. Mitior verò purgatio huiusmodi nobis est. Qui enim ob inopiam victus duces quærun, hisq; sponte se offerūt, secuturi ex egestate aduersus eos qui non egerunt, his tanquā morbum, qui ciuitatem labefactet, hummationis nomine in gratiosum coloniam nomen commutato, quam benignè expellit. Hęc omni legislatori quodammodo à principio, vt diximus, faciendā. Nobis autē difficiliora quædam in præsentia euentur. Nam neq; coloniam, neq; delectum aliquē purgandi gratia ad præsens excogitare oportet, sed quæ ex multis fontibus torrentibusq; aqua ad lacunas easdem confluat, necesse est obseruare, vt qui vndiq; cōluit homum, partim exhauriendo effundendoq; partim deriuando atque diuertendo quā multissimum sit. Labor autem, vt videtur, & periculi est in omni cōstitutione ciuili. Quoniā verò non reuinc, sed verbus agitur, perfectus iam nobis sit delectus, siq; vt desideramus facta purgatio. Nam malos qui hæc ciuitate adire gubernatū contendent, cum satis longo tēpore examinauerimus, omni persuaasione accedere prohibebimus: probos autem pro viribus beneuolos propitiōsque facientes alliciemus. Sed neq; latere debet, quam felicitate nobiscum actū sit. Quippe quemadmodum Heraclidarū coloniam, felicem fuisse diximus, quoniā diuidendorum agrorum in nouandarūmq; tabularū grauem & periculosa contentio em fugit, quam quidem rem veterum ciuitatis leges ferre coactā, neq; præmittere potest omnino, neq; mouere quōdammodo, ita ferme & nobis ac-

duntur. Nunquam igitur illo qui duplo plus acquirit & dimidio minus erogat, ditior is erit qui contra facit. Est autem alter illorum probus, alter non malus quidem, quando duntaxat parvus est, non nunquam verò malus omnino, bonus autem ut modo diximus, nunquam. Nam qui & iustè pariter & iniuste pecunias cumulat, neque iustè impendit neque iniuste, diues fit quando est parvus. Sed qui omnino malus, quoniam ut plurimum nepos & prodigus est, valde pauper fit. At qui honestè expendit, & iustè solum acquirit, neque faciliè diuitis excellit vniquam, neque premerit inopia. Redè itaque sermo noster afferit, valde diuites bonos viros non esse, quòd si boni non sunt, felices quoque non erunt. Nobis autem legum propositù huc respicit, vt felicissimi ciues sint, ac maximè inter se amici. Qui sanè amici nunquam erunt, si mutuis iniurijs vexati plurimum litigando vt cogantur iudicis, sed si quantum minima hæc sint atque paucissima. Qua propter oportere dicimus nec aurū nec argentum esse in ciuitate, neque quantum insuper multum in mechanicis operibus caupationibusque & fœnore, nec ex pecoribus turpiter, sed ab his quæ agricultura offert ac præbet, atque hoc ita, vt quantum non cogat ea negligere, quorum causâ queruntur pecuniae hæc verò anima & corpus sunt, quæ abique gymnastica, & alia disciplina nullius pretij vniquam erunt. Quare pecuniarum cura, vt sapius iam dictum est, vltimū honoris ceneat locū. Quippe cum tria sint omnia in quibus homines studium ponunt, vltimum ac tertium est, si redè habeatur, pecunij studium, medium corporis, animi primum. Atque hæc ipsa, quam nunc condimus respublica si honores ita distribuit, redè disponit. Si qua autem, quæ in ea statur lex, aut temperantia sanitate corporis, aut sanitate & temperantia diuitias anteposit, nõ redè posita esse videtur. Sapius itaque legislator protestari debet, quid ipse velit, quod si contigerit, bene succedat. Sin minus iustitiam sui spes eum frustrabitur. Atque ita forsân & ipsæ ferendarū legum onere & sefe & ceteros vindicabit, alter nullo modo. Qui ergo partem suam fortius est, eam quæ diximus conditione possidet. Probè autem fiet, si cetera omnia quæ veniunt in coloniam, æqualiter possideret. Cum autem fieri id non possit, sed alius veniens plus habebit pecunias, alius minus, multorum & æqualitatis in ciuitate tēporum opportunitatumque causa, opus est vt inæquales in ea census constituentur: vt magistratus, vt thaliam, distributioneque, secundum dignitatem singuli, non solum suæ maiorūque virtutis, aut formæ, aut virium corporis, verum etiam secundum diuitiarū & paupertatis vsum quoad fieri potest æqualiter, sed alius veniens plus habebit pecunias, sed facile corquabili accipiet, nequaquam contentand. Horum causâ quatuor magnitudines differentes honorum census fieri oportet: Primos, Secundos, Tertios, & Quartos, aut quibusuis aliis nominibus appellatos: vt alij eodem in censu permancant: alij ditiores pauperiorēve facti, in censum sibi conuenientem transeant. Ad hæc legis figuram, quæ sequitur, ego ponam: Nempe oportere dicimus, vt in ciuitate quæ summi morbi experta futura sit, quod dissidium aut seditionem rectius appellari, nec extrema in aliquibus ciuium inopia sit, nec ingentes diuitiæ. Nam vtraque illa ab vtriusque his paritur. Quare oportet vt legislator vtriusque terminus statuat. Sit itaque paupertatis

Valde di-
uites non
esse
esse.

Trium
quibus
in ar-
bitrio
dum p-
rum, bo-
na ani-
ma, bo-
na cor-
poris, &
pe-
cuniae.

terminus, census fortis, quam stabilem esse oportet, quàmque minorem alicui esse nec magistratus vilis patitur, nec alius quisquam, cui cura sit virtus. Cum legislator his mensuram suam præscribit, duplum ad hanc & triplum & quadruplum haberi permittit. Plura verò si quis habeat sine perperâ, seu donata, siue quæstus parva, seu quous alia fortuna huiusmodi cõparata, si omne quod suspicet ciuitati & diis ciuitatis tribus dederit, indènis & laudabilis sit. Sin autem legi non obtemperauerit, quisquis hoc detulerit, dimidium consequatur. Ille autem æquali suorum bonorum parte muldetur: pars autè dimidia deorum esto. Quæcumque verò possident vltra fortem, apud magistratum horum cultodem à lege constitutum apertè scribantur, vt omnia de pecuniis iudicia facilia sint, & valde clara. Post hæc vrbis primum in medio regionis quoad fieri potest cõstat, in loco qui cetera quoque ciuitatis habeat cõmoda: quæ nec intellectu nec dièdu difficilia sunt. Deinde in partes duodecim partitio fiat. Vt Vellæ prima Iouis, & Palladi consecratur, eaque pars circulo circumdatur, à quo & vniuersam regionem & vrbem partem duodecim partiarum, quæ quidem ita æquales fiat, vt agriculturas minores sint, infæcudī maiores. Sortes quinque mille & quadraginta scindantur, quarum bipertitò qualibet diuidatur. Confortiri quoque oportet portiones duas, quarum vtraque remotioris & propinquioris fit particeps, ita vt pars vrbis proxima cum remotissima parte fors vna sit, secunda quoque ab vrbe cū secunda à remotissima, ceteraque omnia eodem pacto. Danda etiam opera est, vt in geminis his partitionibus, quod modo de fecunditate regionis & infæcunditate diximus, præparatur, vt videhæet in eis multitudine, & paucitate distributionis æquatio fiat. Quoniam diuidere in partes duodecim viros oportet, quem admodum & cetera bona, omnium profus æqualitate seruata, omniniquè describere. Deinde duodecim fortes, diis duodecim attribueret, & partem quamlibet fortis participem suo cõsecrare Deo, tribumque ipsam vocare. Sed & duodecim vrbis mēbra, sicut in reliqua regione factum est, sigillatim in habitationes duas diuidenda sunt, vnam quidem circa medium, circa extremum alteram. Et habitationis quidem eodè hunc habeat finem. Illud autem cogitare omnino debemus, quòd ea quæ diximus, nunquam talem oportunitatē nacla omnia ita concurrent, vt quem admodum descripta sunt, fiant, & viri habitatione huiusmodi non ferant molestè, sed æquo animo patiantur: pecuniarūque stas & mediocres habere velint per totam vitam. filiorum præterea generationes ita singulis sint vt diximus, ac auro & argento careant, & ceteris omnibus quæ legislator ex supra dictis dicitur esse videtur: ad hæc regionis & vrbis medio & in extremis sciat ordinauimus vbiq; habitationes: quæ quidè omnia quæsumma quædam dicuntur. cuiusque per hæc & ciuitas quasi ex cetera formantur. Hæc quoque modo quodam non malè dicuntur: sed ea quoque repetenda, num legislator nobis hoc diceret: Ne ignorare me exillimetis amici, quod modo dictum est, verè quodammodo dici. Sed par est, vt arbitror, in singulis, vt is qui exemplar proponat, ad cuius similitudinem opus fieri debeat, nihil omnino prætereat, quod ad verissimam eius conueniat pulchritudinem. Si quis autem ex his nõnulla imitando assiqui nequit,

De
vrbis.

Dicitur
ergo.

DIALOGVS SEX-
TVS DE LEGIBVS
VEL DE LEGVM LA-
TIONE.

MARSILII FICINI
AAGVRENSIS.

quæ supra vires sunt prætermittat: & quod his proximè est eorumque, quæ fieri conuenit cognatū maximè, omni studio profectatur, permittatque legillatorem voluntati suæ finem imponere. Quo factò committit cum illo confideret quid ex dictis conferat, quidve ferendis legibus aduerferet. Nam opus huiusmodi cõsueti, artifex omnis vbiq; agere debet, etiam in re minima, si modo sit laudem consecratur. Nunc iam post duodecim partium distributionem animaduertendum est, quòd cum duodecim partes hæc plurimas in se portiones, portionibusque connexa & orientia ex connexis habeant vsque ad quinque millia & quadraginta, vnde & tribus & gentes & vicos habeant, & ad rem bellicam ordines atque ductus, nummos præterea & mensuras siccorum atque humidorum & pondera similitur, hæc omnia commensurata, & consona inter se à legislatore ordinari debent. Præterea timendum nõ est ne existimemur minutiora & parua nimium confiderare, siquis iubet vt vala & suspellctia ciuium omnia mensuram habeant suam, nullūque sine certa mensura possideatur: & communi ratione censeat ad omnia perutilles esse numerorum partitione varietateque, secundum quas & ipsi inter se ipsos variū sunt, & in longitudine & profunditate ac vocibus varietatem accipiunt motibus quoque tam recto motu ascendendo vel descendendo, quàm circuitu. Ad hæc omnia ita respicere debet legislator, vt ciuibus omnibus præcipiat, ne ab huiusmodi numerorum ordine quoad possunt, discedant. Nulla enim alia vna pueritiam disciplina, ad rei familiaris gubernationem, ad Rempublicam, ad artes denique vniuersas tantam habet vim, quantam huiusmodi numerorum cognatio: quòdque maximum est, homoletos etiam, & natura rudes exfultat: & dociles, memores solent esse. Quæ præter naturam suam diuina arte profectantes. Quæ quidem omnia, si modo legibus aliis atque officiis liberalitas & avaritia eorum animis extirpata sit, qui ea sufficienter & vtiliter susceperint sunt, bonæ institutiones, & commode fuerint. Sin minus, malitia hinc potius quam sapientia clam originem trahet: quod Aegyptiis & Phœnicibus multisque aliis gentibus nunc videmus contingere, propter ceterarum artium facultatumque illiberalitatem: siue quis rudis legumlator id fecerit, siue fortuna infensa, siue alia huiusmodi quædam natura. Nec enim illud, ò Clinia, & Megille non fugiat, magnam esse locorum ad ferendos meliores peiorèque homines differentiam: qui bus diuersa prout expedit legibus faciendi sunt. Quippe alij varietate ventorum & turbine, difficiles & proterui sunt: alij propter aquas: alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi aut incommodi oriuntur, verum animis quoque non minus. Maximè autem loca regionis differunt, in quibus inspiratio quædam diuina est, & quæ demones fortis fiunt, qui habitantes, propitij, vel contra suscipiunt. Quibus pro humano ingenio consideratis, mentis compos legum conditor, se ad leges ferendas cõuertet. Quod & tibi est, ò Clinia, faciendum. Prius enim hæc tibi animaduertenda sunt, quàm habitari facias regionem. C. L. N. Egrege, ò Atheniensis hospes, hæc abste dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

Tria sunt genera casuarū, quib; diuersa diuersi in locis huiusmodi inueniuntur. Quæ quidem tria genera Plato in superioribus libris sine breuiter comprehendit. Igitur verè oportere præsumere fore arbitror, hæc ipsa materia quasi quodam modo sextum cum quinto ligare. Sit ergo plurimum in loco discriminis ad meliores deteriorèque homines generandos, causa verè sit vel humana, vel naturalis, vel diuina. Humana quidem, lex, educatio, consuetudo diuersa. Naturalis autem, elementorū alimentorūque diuersitas. Diuina verò, vt celum quoque diuinum vocem, siderū nominaque ipsæ. Si quidem Plato indicat quemadmodum aliis quæ alius respicitur stellis, alijque diis id est superioribus angelis sic illas terra plagas aliis quoque demonijs inferioribusque angelis gubernari. Accedit ad hæc ædificationis fontem, & prægas terra: cui plures & vrbis ascendunt. Igitur accedunt modum. Mitto in præsentia quantum inueniam discrimine offerat familiarum casus que hominis varietas demum. Quod autem spiritum superiorum vires, vobis quomodo quæque id sit spiritibus insensum, negare non possumus, quæ ando misisset videmus corpora nostra corporibus superioribus egri aut aliudque ab ære aliter permitti. Quod si spiritus illi in nostris a humantibus agunt insuper & in corpora. Passio ergo corporum humanorū siue à spiritibus illis, siue à corporibus superioribus inferatur, ceteris redndat in animas, quatenus tam cõparato, quàm naturalis affectu animas sese mergit in corpus. Verum hoc interest, quod corpora illa per corpora nostra mouent animas spiritus autem in animas per corpora mouent, in per animas, tum etiam per illam spiritum, quem physici sepe nuda animæ inuicem corporisque cognominant. Memento verò vim omnium atque naturam à superioribus in nõ descendentes, semper ad hominum aspectu naturæ, eandem esse, quæ in inferioribus, sed celestem influxum semper ad bonum. Sed neque ita hæc vt videtur hominum religiosam & primum animam reuocant in Saturnum, vel emittant in ferocia: contra in Mercurio vel frigiditatem multam in Mercurio, vt lacum amorem in Venere. Quod verò, si Saturnus grauitas in nobis complexiois naturæ, natiuitatisque & educationis vitio, in simis quidem grauitas vitium conuertitur in magnanimitatem Mercurius in audacia in magnanimitate quodammodo similem, Mercurialis iudicia similitur in militiam, Venerea charitas in libidinem? Nunc sub solis radiis, qui natura sua ad videndum conferunt & videndum quotidie accidet, alior visum, alios vitam amittet? & qui in ære libero salubriter calefaciat, in concania vrbis quemadmodum verò sub beneficio radiarum influxu ad inferiorem naturam refertur alicui malum, non vniuersis sub stellarum vrbibus natura bonæ atque sub numerum numeribus optimis potest interdum inferioris vel naturæ, vel consuetudinis vitio, vitium vel corporis, vel animi fabricari. Nihil verò vniuerso vitium aut malum quemadmodum in concania secunda vel septima voce: quæ seorsum audita dissolat, autem in concania ceteris consuetis vniuerso. Solent verò Platonici infimos demones alios aliquando nuncupare, quoniam ad infimos generationis & sensibile bonum suo quodam, vt aiunt, officio non alliciat dicere autem à summo bono ad minimum, comparatione summi malum tunc censetur. Nunc facio in presenti quod aut infimos demones ad cõtemplationis, modos ad æthiis, infimos ad concupiscentia boni ducere quidem hæc omnibus & vni possunt, & abuti: & vitibus quidem bona contingunt, abuti tibi verò mala. Appellat verò Plato demones & deos indigenas patrias, non quia inde geniti, sed quia ciues inde geniti peculiari quædam cura custodiunt. Dicit præterea beatam ciuitatē à diis deorumque filiis colunt elligens partim quidè celestem hietis, ab angelis partimque animis habitari: partim quoque felicem illorum vitium, quos in Thedone inquit editissimas terra partes incolere nuntium familiaritate beator. Descendit post hæc in sexto ad magistratus constitutor, sicut quod esse oportet, & quo pacto creati, quidè magistratus cuiusque sit officium. Inquit autem diligentiam in his creandis tantū esse namentis, vt vel bonarum constitutorum legum absque magistratibus, bonis non modè minimè profectura sit ciuitas, verum etiam plurimam necitura.